

na nubis, & per nocte in columna ignis, ut dux esset itineris utrumque tempore. Rursus ca. 23. Dominus ad Moyse in ait, Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & custodiatur in via, & introducat in locum, quem præparavi.

**Ouiū officiū.** [Et oves illum sequuntur, quia sciunt &c.] Ouiū officium est, pastorē sequi. Præsentē pastorē verū ac notū consequuntur, qui non præcedit mutus, sed subinde nota, & cōgaita voce, prouocat oves ad sequendū, & ab errore reuocat. Observa: q.vt A sciūt, &c. Ratio est cur oves sequantur, sumpta à notitia, & certitudine pabuli pastoris sui. Sequuntur pij summū pastorē Christū, de quo i. Petr. ca. 2. scribitur, Christus pāllus est pro nobis, reliaquēs nobis exēplum, ut sequamur vestigia eius. Sciunt pij vocē Christi, (quia populus eius, & oves pascuā eius) secundū cuius præscripta faciunt omnia, nec quequa faciūt ex priuato cerebro: nō accipiūt aliorum traditiones pro veris pabulis. Colligamus ex his: s b q v t Christum, est in doctrina, & vestigijs Christi incedere.

**Pseudo apostolus.** [ALIENV autē non sequuntur, sed fugiunt, &c.] Argumento à natura ouiu, docet Christus credentiū officia, ALIENV vocans pseudo apostolum, siue quē prius furem, & latronē dixerat, qui neq; voce, neq; pabula veri pastoris Christi, affert. Oves & refugiūt, & abhorrent ab ignoto pastore, propterea quod non agnoscunt nisi proprij pastoris vocem. Ratio, cur oves sequuntur, est notitia vocis: ergo quod non sequantur alienum, est, quia alie- ni vocem non nouerunt.

**Christus in  
discipulis  
obligatus.** [Hoc proverbiū dixit illis Iesus.] Iesus Christus ut anteā, ita & nunc obligeatus est similitudinibus, & parabolis, quibus inuitat omnes ad se: nūc panē se vocās, qui ē cælo prodierit, vnde qui ederet, viueret in æternū: nūc aquam viua, vnde qui biberet, cōciperet in se fonte aque salientis in vita æternā: nūc lucem mundi, quæ illuminet omnem hominē veniente in hunc mundū: nūc filiū, ac legatum Dei Patris, cui, qui se contraderet, vita conserqueretur æternā: modò se ianua, per quam esset aditus ad vitam, vocauit. Harum similitudinū, & parabolarū usum ipse explicauit (Matth. cap. 13.) dicēs, Ideo in parabolis loquor eis, quia videntes non vidēt, & audientes nō audiūt, neq; intelligūt: ut adimpleatur in eis prophetia Esaiae dicentis,